



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Quare non debemus occidere, quia Deus pr[a]ecepit & vindicare vult homicidium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

matrem, eam commendauit Ioanni, c.19. In omnibus igitur debent obedientiam filij parentibus præterquam peccato, ut si te arcere vellent à fide & veritate, & ad impietatem cogere: sic non obedit Petrus Pharisæis Act.5. nec obstetrics Regi Aegypti. Exod. 1. Nec Balaam propheta regi Balaac, Num.22. Sic nec Marathias Antiocho, vt relinqueret legem & iustitiam Dei, I. Machab.2.

*QVINTUM DEI PRÆCEPTUM,* Non occides,  
Exod. 20.

## CAPVT XII.

## ARGVMNTA.

1. *Quare non debemus occidere, quia Deus præcepit, & vindicare vult homicidium.*
2. *Quibus incumbit vindicare malum.*
3. *Quando irasci fit sine peccato, & quando cum peccato.*

**O**C præceptum est obseruandum ex fide, sicut omnia præcepta fieri debent: quod ita contingit, quando priùs fide statuamus nos propter Christum place re Deo, & postea obedimus Deo in his præceptis, timemus Deum, nec volumus eum offendere: ideo abstinemus ab iniusta violentia, resistimus iracundiae, reprimimus odium: & quia hæc exercitia non sunt facilia, ideo pij adiuuātur à Spiritu sancto, Romanor.8. ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram, &c. Et sic oseruantia omnium præceptorum fit cultus Dei propter finem, quia hoc sine præstatutis ut Deo obediamus in his officijs. Prohibet ergo Deus homicidij us triplex homicidium: Primum cordis, hoc fit ira & triplicis inuidia cordis: nam sicut ignis accensus non quiescit,

P 5 scit,

scit, & ægrè reprimitur. De illo autem homicidio inquit Ioannes 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem suū, homicida est, est enim charitas vita spiritualis. Est porrò homicidiū oris, scilicet dum impij imprecantur lingua ut Deus peste, plagiis fulgure occidat proximum. Conuiciatores siue maledici regnum Dei nō possidebūt, 1. Cor 6. Occiditur sæpè innocens in fama sua per ora detrahentium. Est tertio homicidium corporis, vbi vita homo priuatur, qua nihil habet præstantius & nobilius. Prohibet igitur Deus ne quis occida proximum. Nec Deus relinquit impunitos homicidas, est em Deus maximè custos huius legis, sicut patet, & testantur hęc verba Gen. 4. Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, & Matth. 26. Quia ceperit gladium, (scilicet non concessum à magistratu) gladio peribit: quarè etiamsi quis homicida effugerit manum magistratus aliquandiū, sciat tamen se Dei manum effugere non posse, qui mirabiliter trahit reos eiusmodi ad luendas poenas corporales. Sic contigit Cain, qui occiso fratre, profugit à face Dei, Genesis 4. Hoc autē facit Deus, vt retineat pacem in societate humana. Requirit ergo hoc præceptum, sicut omnis lex Dei, perfectā obedientiā, & non soli manu & opere, sed etiā corde vult impleri, sicut etiā Christus interpretatur legem Matt. 5. ideo præcipit, vt non solū manu abstineamus ab homicidio, sed etiam ne corde aut lingua noceamus proximo: id est, ne lingua det consilium aut cōsensum, vt homicidium iniustum perpetretur: nā eidē pœnę subiacent & qui faciunt mala, & qui eis qui faciūt, assentiuntur, Rō. 1. Ideò omnis amarulētia, ira, odiū, vindicta prohibetur hoc præcepto.

2. Secundò, Deus non vult vt malum, scilicet homicidium, furtum, adulteriū &c. maneat impunitū, ideo ordinavit magistratum, super terrā, & illi commisit gladium, qui loco suo vindicet malū, Rom. 13. nō em

sine  
ma  
tho  
Mih  
qua  
dict  
est:  
ster  
vnā  
are,  
&c.  
rian  
mif  
Peb  
fier  
tim  
adu  
&c  
ma  
Ro  
in  
tur  
tus  
di  
qu  
der  
di  
am  
qu  
tur  
tu  
au  
hic  
Ph  
fia  
sinc